Joseph Freiherr von Eichendorff,

Convalle in rorata

tradukita de N. N. 95

Convalle in rorata,
En, rota crepitat;
Puella mi amata
Hic iam non habitat.

Que fides erat pacta
Donato anulo,
Ab illa iam est fracta
Cum dono aureo.

Cum lyra peragrare
Nunc velim ultima
Et cantica cantare,
Adire ostia!

Nunc volem datis loris
In atrox proelium,
Ad ignes cubem foris
Obscura nocte tum!

Cum crepant rotae tortae,
Quid velim, nescio;
Ac si occumbam morte,
Sit quies subito.

Traduko de la Germana poemo "In einem kühlen Grunde" de Joseph Freiherr von Eichendorff *(∗1788-03-10 – †1857-11-26) en la Latinan de N. N. 95.*

Arg-1035-2103 (2014-05-31 18:16:34)

Tiu ĉi latinigo troviĝas en `http://ingeb.org/Lieder/ineinemk.html`.

Joseph Freiherr von Eichendorff,

In frigida convalle

tradukita de N. N. 94

1. In frigida convalle
Rota molaris it,
Amata ibi degens
Nostra evanuit.

2. Pollicita mi fidem
Mi dedit annulum,
Fide sed ista laesa,
Fractum est vinculum.

3. Nunc ludens proficiscor
In orbem maximum
Et canto meos modos
De domo ad domum.

4. Nunc in cruentam pugnam
Eques citus volem,
Obscura nocte circum
Mutos ignes cubem!

5. Cum audio molarem,
Ignoro quid faciam -
Gratissimum est mori,
Ut semper sileam.

Traduko de la Germana poemo "In einem kühlen Grunde" de Joseph Freiherr von Eichendorff *(∗1788-03-10 – †1857-11-26) en la Latinan de N. N. 94.*

Arg-1035-2102 (2014-05-31 18:12:03)

Tiu ĉi latinigo troviĝas en `http://ingeb.org/Lieder/ineinemk.html`.